

# Cartulaire manceau de Marmoutier, Arquenay, Nr. 1

Lisiardus de Erkania dedit Deo et sancto Martino Maioris monasterii ecclesiam de Erkania cum omni offertorio, exceptis duabus partibus lanae et lini et cannabis et agnorum. Et dedit tertiam partem decime omnis parrochie et sepulturam omnem. Et hoc uxor eius Aremburgis annuit atque Guillermas gener eius cum uxore sua Beatrice et Gaufridus de Roseto. Hoc viderunt et audierunt Haimericus et Wlricus et Gislardus atque Raginaldus, Maioris monasterii monachus, Osmundus presbyter, Adelelmus, Harduinus, Constantinus presbyteri, Hugo Rodmeir, Gaufridus de Roseto, Fulcradus de Minteria, [Airicus Romer, Arembaudus, Guido Fissardus, Hugo Dispensator], Hugo de Gressia, [Geraldus clericus].